

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Ioannis Ivsti Lanspergii Carthviani, Natione Bavari,
Opvscvla Spiritvalia**

ab ipso Autore partim Latinè, partim Germanicè euulgata

Orationibvs Variis, Et Ignitis aspirationum iaculis ad Deum, Deiparam
Virginem Mariam, cæterosq[ue] Sanctos - exercitijs item diuersis, tum
maximè Paßionis Dominicæ, eiusq[ue] matris, refertißimus

Landsberg, Johannes Justus

Coloniae Agrippinae, 1630

Actio gratiarum pro excessiuo & impatibili dolore, quo intrinsecus
discerpebatur, dum anxiè diu expectatum, iamq[ue] à cruce solutum &
castissimo finu susceptum vndique perlustraretur filium: dum ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-45928](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-45928)

immensa charitas, qua veluti totus ebrus, me ceterosq; peccatores dilexit, ad tam immensum pondus eum perduxit miseria, & pariter incitauit te, propter nos participem quoque facere amaræ passionis sua. Quamobrem fac o p[ro]p[ter]issima matrem, o inundans fons salutis & gratiae, n[on]c de me iudicium (vt appareat iustum & rectu) ut scilicet pro ipso filio tuo occiso, me recipias vindictum, & tui amore castissimo, perfectissimo & inextinguibili, incurabiliter totum saecula captivum. Recipe pro proprio adoptiu[m], & fac me fidelissimum, ferventissimum, perseveratissimum tuum, & talem qualis amisti (quantum possibil[er] est homini) qualemq[ue] te decet habere filium: & sicut ipsum semper & num[er]o quoque afflictum aspexisti & custodiisti: ita pariter & me misericordia tua oculis semper aspice, semper obserua (licet aliam ob causam) ab omni semper restringens, reuocansq[ue] illicito. Et benignissima mater impendas adoptiu[m] seruulo, quod exhiberes unigenito filio tuo. Porro ipsum assidue planè materna cura (tametsi non indigebat, attamen volebat) custodiebas & diligebas. Sed ecce ipso nunc orbata, ut potè extincto iamiamq[ue] sepe liendo: modo & deinceps illum custodias, qui maxime continua tua & feducia indigit cura & custodia, illumq[ue] diligas, diligibilemq[ue] tibi facias, qui tuam (licet indignus) dilectionem, summis praecordijs efflagitat.

Eia ergo o dulcis & delectabilis virgo, mater totius misericordia, vulnera cor meum tui amore deuotissimo, vt totus tui amore ardeam & langueam, tua dulcedine totus absorbear: vt cum omni humilitate, reverentia, obedientia ceterarumq[ue] virtutum ornatu, tibi fideliter noctu diuq[ue], te opitulante, seruam: quo in omni necessitate mea & mortis articulo, pietate, cura, & protectione tua materna dignus sum. Exerce itaque in me crudelitatem nunc misericordissimam, sanctissimum odium, gratissimam & exoptaram vindictam, vt propter filium tuum à me occidum, etiam me occidas, & sincerissimo tui in me accenso amore exuras, quicquid in me est carnale, mundanum, & à Deo extraneum. Interfice in me vniuersas passiones & concupiscentias malas, omnem proprietatem cordis, sensus, & intellectus, cunctaq[ue] vitiorum monstra, vt mihi ipsi & mundo totus mortuus, purgato affetu, & simplificato ac illuminato intellectu, Deo vivens stabiliter inhaream, per rectissimam in omnibus voluntatis conformitatē: ita vt nunquam eriam discrepare valeam. Ut sic tandem post felicem aetam vitam, tua me dirigente & adiuuante materna benignitate, tuæ melliflua dulcedinis praesentia, tuæq[ue] pietatis exuberantia in hora horribilis mortis meæ frui merear, quæ me contra omnem tentationem confortet, ab omnibus inimicis liberet, ab omnibus peccatis excusat & animam egredientem in tuis & benedicti filij tui meritis, statim ad gratiosum conspectum filij tui perducat, Amen.

Alio gratiarum pro excessu & impatibili dolore, quo intrinsecus discepitur, pro multisimo planctu quo suffundebatur intemperata Virgo, dum anxie diu expectat, iamq[ue] a cruce solatum, & castissimo sinu suscepit, undique perlustraretur filium: dum eodem seculo per passionis loca, morta & sepulta domum reduceretur.

T H R E N O S X I X.

Vitis frondens generosa, viola intemperatae castitatis omnium virtutem suatatis respirans odorem, speciosissima Verbi Dei mater præelecta Maria, comonefacio te nunc anxi & gemebundū corde inastimabilis & cōtinuū doloris, quo conficiebaris & contabesceras, dum à meridie, ab hora extinctionis filij,

eee

filij,

filij, à tempore transfixionis melliflui lateris eius anxia prestatolabaris, & animo doloroso reuelens præcogitabas, & moesta nesciens habebat, qua ratione defunctum filium deponere quires ac sepelire, quatenus vel eo mortuo brevi posset frui tempore, quem viuum habere non potuisti: quo etiam pacto vel extincto eius corpori amorem impendere posses ac benevolentiam, quam in paſſione eius exhibeti tibi minimè dabatur. Toto autem hoc ameridiano tempore torrens paſſionis in te ſola fluctuabat, qui priuiste & filium ſimil inundauerat. At nihilominus inter fluctus tot vehementissimos immobileſ semper perſtitisti, o pulcherrima fidei columna, diuinæ voluntati plenariè in his cruciatibus resignata, immo & morum filio paratiſima, & feruentius multò appetens morti occumbere cum eo, quā viuere valens fine illo. Vt autem immensam hanc dolorum molem tam æquanimiter & mitiſimè ſuſtineres, nihilq; in tanta angustiarum magnitudine ageres quod virginalem pudorem dedecens eſſet, ne riſum ambigo in hac filij tui paſſione tuaq; compaſſione, te ſtillicidio efficacissimo à ſumma Trinitate profluxo, benignè irroratam, ſeu irrigatam, quo miraculoſe conforata, fide integra, charitate perfecta, ſpe certa, eximia fidelitate, & patientia inuincibili, in eisdem doloribus in finem viſque perdurares.

At dum eo pacto ſola (immensa id Dei bonitate permittente) ad augmentum gloriae meritorumq; tuorum (vt afflictio tua filij tui paſſioni conſona eſſet,) illius calcareſ torcular, tandem diuina prouidentia corpus filij tui à viris iuſtis ſolutum & depositum, inter materna brachia ſuſcepisti. At quis dignè ſatis comprahendet vel explicabit, quām affectuōe ſacratas manus in altum protenderis pro nobiliffimi illius theſauri tam deſideratissima fuſceptione: quomodo ſpiritus tuus tot eadem die transfixus mucronibus, tot eis mortibus affectus vigore, nunc resumpto relanguerit, quomodo fortis amor tuus ipsam mortem p्रaualens tibi prorsus exhaustæ vires addiderit, vt corpus eius immortuum tam inestimabili nunc deuotione maternis amplexareriſ, brachijs, tuoc̄ pectori opprimeres: quā paulo ante p̄nimo concepto dolore te mouere nequibas?

Atah tristissima virgo, quāt̄ anguſtiae confestim ad luſtuſum illum intuitum renouabantur? Quām omnia tua viſcera noua ſunt compaſſione concuſſa? Quām crudeliter è veſtigio p̄cedentes dolorum gladij in tuo materno corde renouati ſeuiebant? O quanta mox lachrymarum inundatio, quām calida gutta ex pudicissimis oculis erumpentes miserabile innocentissimi filij corpus rigabant? Heu quām profundos trahebas gemitus, quām maternos ſuſpirabas affectus: quādo iam plenē omnia eius vulnera, omnes afflictiones, omnes cicatrices conſiderabas, quāt̄ ex eis ſingulis perpeſſus fuerat, vulnerata cogitatione ponderabas?

Porrò dum conſpiciebas, iam in tuo caſtiſimo collocaſum gremio, iſipsum non ſecus atque pecus maſtatum, omni ex parte laceratum & liuidum, oculos eius mortis acerbitate diruptos ac cruento ſacro concreto refertos, os frigidum, faciem cōtractam, genas demeras, manus adeo rigidatas, vt vix ad umbilicū eius poſſent deflecti, quid tum unico cordis tui ſolamini, materni exhibueris affectus, quid lugubris geſtus, quid lamentabilis planctus: quomodo poteſt ullam creatum ingenium, & eo minus indignus tuus ſeruulus excogitare, vel pro ijs dignè te laudare: cūm quicquid de te dicitur vel cogitatur inuſſiciens, & quāli nihil eſt & inane: Sed amabilissima Domina, quā & qualia tum materna dicam te compaſſione & dilectione in plangendo deficiens geſſiſti: quā locuta eſt: quā lamentata: omnes noſtræ vires,



vires, tempus, intellectus & omnia ut dixi deficerent, priusquam vel aliqua ex parte comprehendere possemus. Quapropter tibi soli vniuersa ex totius affectu uniuersitatis repræsento, quæ ea sola nosti & sensisti, quando vidisti & clare intellexisti vinum Angelorum gaudium sic miserè mortis vredine macefactum; lucem ^{Ioan. i.} veram, illuminantem omnem hominem venientem in hunc mundum, sic mortis nubilo eclipsatam: agnum mansuetissimum tam dire tractatum, qui cum hominibus tam dulciter erat conuersatus, tam mira eis elargitus, adeò dira pro eis & ab eis passus. Regem insuper regum & Dominum dominantium factum oprobrium hominum & abiectionem plebis, tanquam nouissimum virorum reputatum non habentem speciem neque decorum, sed leproso effectum deformiorum, tanquam abortuum quod projectur ab utero. Conuenerunt planè in ipsum & extrema vitalitas, & summa maiestas. Nemo siquidem ipso sublimior, sed nemo fuit ipso abiectionis. O ineffabilem charitatis magnitudinem, quæ cor eius adeò inebriauit, ut vitam darer pro mortui. O quanto amoris incendio cor eius conflagravit, quo non solum propter nos Patri, sed etiam inimicis illis sceleratis & vilissimis factus est obediensissimus usque ad horrendam contemptibilissimamq; crucis mortem. Vide te itaque qualiter heu dulcissimus amator & benefactor noster ea propter in bello cecidit? Rex noster pacificus tanto tempore desideratus, quām sit atrociter in bello peremptus, quām turpiter deformatus! Heu heu quomodo lux oculorum nostrorum clarissima nunc cernitur extincta, splendor diuinæ faciei, quasi fuligo obtenebratus? Doleo super te Iesu mi: *Quis mihi det ut ego moriar pro te?* O dulcissima mater, quis dubitat, huiusmodi quoq; & te & alia id genus quamplurimæ, quæ tibi soli constant, & locutam & vulnerato corde tecum contulisse, quum vitam cordis tui plangebas lugubri & reuerâ mœstissimo planctu, quem tu mater piissima, una cum ad te venientibus discipulis ceterisq; paucis fidelibus amicis, super tam dilectum vñigenitum tuum habuistis: Loquebaris ei, & non erat vox neq; sensus: vocabas & rugiebas à gemitu cordis, & non respondit tibi. Sed quis Virgo purissima, quis mater dolorosa capere sufficiet, quanta inerat cordi tuo amoro tristitia? quando licet te (præ flagrantissimo & prorsus incomparabili erga filium amore) plurimum renitent, sed ceterorum amicorum obnoxias precibus compulsa, tenebrosæ etiam noctis instantis vrgente horrore, nobile hoc depositum vñigenitum tuum, quem vñicè super omnia semper videre cupiebas, linteo inuolui & ab oculis tuis confixisti abscondi? O quām libenter ipsum tenuisses, vel cum ipso sepeliri voluisses? Sed quam pura labia, ipsa puritatis mater, quot suauissima oscula te prius impressisse arbitror in extinti filij membra & stigmata, antequam tibi eum auferri permetteres?

Recordare nunc deinceps Dei mater electissima, illius luctuosæ sepulturæ, illius ultimi & tristissimi diuortij, quo vñigenitus tuus abs te tam amoro amplexu, tot intime charitatis osculis, quasi pro ultima valedictione signatus, ab oculis tuis est sublatus, & sepulturæ mortis (ipse videlicet Dominus vita) traditus, te remanente orbata filio, velut turtur solitaria & vidua desolata, omniā solatio destituta. Quis tibi deuotorum, & reuerendissima Dei genitrix dignè comprehendere & edicere sufficiet, quantus te dolorum impetus inuaserit! quantus mœstissimarum te lachrymarum fluctus operuerit? quanta concussa sis & contremueris mœstitudine? quando instantे iam nocte ob virginalem pudorem remorati foris iuxta cordis tui thesaurum non licebat, quando à dilecto separari oportebat, ac eum destituere necesse iam erat.

ccc 3

Heu



Hem quoties cum amarissimo fletu ante amplexabar & osculabaris sepulchrum? O quoties benedicbas & valedicebas vni genito? Heu quante lamentationes, quorū lachrymæ fibi in vicem succedebant! Sicq; tandem cum inestimabili cordis dolore recedens, cum castissimo filio tuo nouello S. Joanne, ac B. Maria Magdalena & alijs, adorata deuotè prius cruce, non ignorans eius mysteria, tunc quidem occulta, punc verò reserata, corpore quidem in ciuitatem abiisti, sed corde tuo (quod una cum filio eodem in sepulchro manserat) nunquam ab eo discedere potuisti. Veruntamen ô dulcissima Domina, toties interim cordis tui renouabatur dolor, quotquot vestigia filij ad Caluariam exeuatis sanguinolenta, quotquot passionis eius monumenta transeundo videbas, donec anhelosis suspirijs, gemitibus interruptis, fletibus lachrymosis, & acerbissimis afflictionibus mactata & tota exhausta, inter concomitantium manus ambulando sustentata, quasi semiuia ad domum Ioannis reducta fuisti, virgo paupercula sub alieno teste mansura, atque à Ioanne, cœu mater à filio desideranter suscepta. Cuius tunc consensu licet adhuc esses ieunda, & totius illius, fortasse etiam totius præcedentis diei, quando tibi mane valedicebat filius, prolixa esuriè attenuata, nec non immensa passionum magnitudine ac infinita multitudine, tota esses viribus exhausta) lamentationes & lachrymæ.

Lugebas enim inconsolabiliter, manens usque ad resurrectionem filij, præ doloris & amoris teneritudine quasi absorpta Nihilominus fidem veram & vniuersalem, spemq; certam futuræ resurrectionis filij, stabili mente tu sola seruasti, vacillante ex tunc & errante circa fidem veram vniuerso mundo. Ideoq; sola, matrem nostram vniuersalem Ecclesiam illo triduo, tu repræsentasti.

Meritò igitur benignissima mater, te post filium tuum supra omnes creaturas singularius diligere tenemur. Quia sicut ipse nos plusquam seipsum diligens voluntariè se pro nobis in mortem tradidit, ut nos viueremus: ita & tu mater sua plus salutem nostram, quam filij tui charissimi amantissimam vitam diligens, eundem pro nobis, & teipsum in omnem poenam & misericordiam libentissime resignasti.

Pro vniuerso autem moerore & dolore, gemitibus & lachrymistuis, & omni aduersitate in hoc mundo cum Iesu perpesto, & pro omni bono opere, virtute & merito tuo (quia totum mihi ad meritum cedit & solatium, cum meritis filij tui pro me acquisitis ab ipso immenso & infinito amore & labore) laudo, benedico, commando, dignifico & superexalto te in aeternum, & vtrà ô fidissima parens nostra, milliesq; saluto: Ave præcellentissima, præfulgida & beatissima cœlica regina Maria, Amen.

Pro iugi & efflanti compassione erga crucifixum Deum & misericordiam eius matrem: item pro conformitate & imitatione morum Christifera Virginis Maria, Precatio XIX.

OMater pietatis, misericordie & gratiae, ac omnis boni, ô regina coeli, ô virginum gemma, ô Iesu Christi nutrix dulcissima, spes & fiducia nostra, olim filij tui doloribus in intimis cordis tui dirè vulnerata, vulnera quoq; cor meum tuis præfusoris & moeroris, ô clementissima Domina, & in corde meo renova filij tui passionem actuam compassionem. Cor tuum vulneratum coniunge cordi meo, ut secunda tuis vulneribus pariter vulnereret. Verecundia mihi est & opprobrium

